Allacci, Leone: Leonis Allatii, De Mensvra Temporvm Antiqvorvm et praecipue Graecorvm, Exercitatio
Coloniae Agrippinae, 1645 Seite 109

ter Romanos & Ægyptios, qui à Solis cursu dies anni computãt, à Lunæ motu dies mensis mensurare fatetur. Ἔπ ἢ τύτων μείζων ἔχωσι φρόσω ἕ Θεῦ τῦδε τεκμήριον αὐτὸ ἕ ἤστάτυ βασιλέως ἔργον. Οἱ Μῆνες ἅπασι μὲν τοῖς ἄλλοις, ὡς ἔπος εἰπεῖν ἀπὸ τ Σελήνης ἀριθμοῦῦ. Μόνοι ἢ ἡμεῖς καὶ Αἰγύπτιοι πρὸς τὰς ἡλίυ κινήσεις ἑκάστυ μετρῶμεν ἐνιαυτὸ τὰς ἡμέρας. Εἰ δὴ μὴ τῦτο φαίη, ὡς ἐ τ Μίθραν τιμῶμεν, καὶ ἀγῶνα ἡλίῳ πενταετηρικὸς ἀγῶνας ἐρῶ νεώτερον μὲν, βέλτιον ἢ ἴσως εἴποι τ παλαιοτέρων προσθεῖναι. [*Possum & aliud de hocce deo, multoque certius argumentum ex ejusdem divinissimi regis instituto producere. Nam cum cæteri omnes, ut uno verbo dicam, populi menses ad Lunæ cursus accommodent: nos soli, cum Ægyptiis, ad solares circuitus annorum dies metimur. Quibus si hoc adjunxero; colere nos Mithram, & quadriennales agones in honorem Solis instituere, recentiora quædam proferam. Præstat autem unum aliquid ex antiquioribus addere.*] Iulianus, cum hæc scriberet, non potuit aliarum nationum in commensurandis mensibus institutum ignorare; ad quem omnia etiam minutiora, uti par erat, referebantur: & in re manifesta palam mentiri, nec ipse, nec qui in scribendo duces erant, passi fuissent, nec in re potissima mendacii argui, dum non ultimas nationes, longeque è conspectu nostro dissitas, & harum rerum ignaras, sed vicinas, familiares nobis, atque eruditissimas, in medium afferret. Nobis, Romanis scilicet & Ægyptiis, demptis, omnes alii ita menses mensurant; ergo & Græci, cum eo temporis sub Romanorum nomine saltem eorum potissima pars non comprehenderetur.

Alcinous, in introductione Platonis cap. XIV, ait, Lunam mensis mensuram conficere, & spatio circulũ permensam suum, solemque assecutam, Solem autem anni. Καὶ Σελήνη μὲν Μινὸς μέτρον ποιεῖ ἐπιπερινελθῦσα τ ἑαυτῆς κύκλον, καὶ καταλαβῦσα τ ἥλιον ἐν τοσύτῳ. Ἥλιος ἢ ἐνιαυτό. Περινελθὼν μὲν τ ζωοφόρον κύκλον πληρεῖ τὰς ὥρας ἕ ἔτυς. [*Luna siquidem mensis terminum indicat, in eo spacio circulum suum excurrens, solemque comprehendens. Sol autem anni mensura; transcurrens namque Zodiacum circulum, anni tempora complet.*] Si menses Τριακονθήμεροι [*tricenûm dierum*] fuissent, jam Luna eorum mensuram non conficeret, sed excederet excederetque.

Galenus, Hippocratem secutus, Comm. III in Hippocr. Prognostica, neq; annos, neq; menses integris diebus posse, numerari confir-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/allacci1645a/0123
© Universitätsbibliothek Heidelberg
The Getty